

sopra, verbo, Absolutio, & Capitula Provin-  
cialia, & infra, hoc titulo, in Conclusioni-  
bus. Multa enim & varia ad hoc sunt Men-  
dicantium priuilegia.

¶ O&andum dubium est : Approbatuſ  
in vno Episcopatuſ ad audiendas confessio-  
nes, an poſſit virtute Bullę Cruciatę in alio  
Episcopatuſ eligi in confeffarium, abſq;  
noua approbatione huius Episcopatus? Ver-  
bi gratia : an penitens Archiepiscopatus Me-  
xicanenſis qui hic Mexici confiteri vult, poſ-  
ſit virtute di&ę Bullę eligi in confessarium  
approbatum per Ordinariuſ de Tlaxcalla  
hic exiſtētem, non tamen per Mexicanen-  
ſem approbatum, nec reprobatum? De  
hac difficultate duplex eſt opinio. Prima  
affirmativa, videlicet, q; confessor approba-  
tus ab vno Ordinario virtute Bullæ poſſit  
eligi in confessarium in alio Episcopatuſ,  
licet ab Ordinario huius Episcopatus non  
ſit approbatuſ : ita quod approbatio vnius  
Ordinarij ſufficiat, vt eligi quis poſſit in  
Confessarium virtute Bullæ, in quibus con-  
que aliis Episcopatibus, abſq; alia approba-  
tione. Hanc ſententiam iuueniunt, & de-